

UDK: 821.124(497.5) Marulić. M.-97

REGVM DELMATIĘ ATQVE CROATIĘ GESTA  
A MARCO MARVLO SPALATENSI PATRITIO  
LATINITATE DONATA

Edidit Neven Jovanović

## EDITORIS PRAEFATIO

Rogatus sum ut commentarioli de regum Dalmatiae atque Croatiae gestis versionem Latinam, quam Marcus Marulus Spalatensis anno 1510 fecerat, ederem, in primis eo consilio ut quid Marulus ipse scripsisset cognosceretur. Itaque eius operis decem codices manu scriptos — quorum dumtaxat imagines photographicas inspexi — et tres editiones inter se contuli, unde decem testes locupletes elegi ut lectionum varietates in apparatu notarem. Stilum et rationem scribendi comprobavi etiam aliis Maruli nostri operibus (praesertim eis in autographo repertis); usum ortographiae Marulianum, praeter interpungendi rationem, ubique restauravi. Opus in paragraphos divisi et notas in margine posui sicut vidi in codice Veneto R, huius operis haud scio an veterissimo. Nomina quoque Croatica et alia paene semper scripsi sicut in R inveni.

Caput 18 particulam textus a verbis *Nemo enim usque ad Tecomili opera est usus* tantummodo in codicibus R A M Z exhibit; quam particulam codex B ex alio fonte, non e versione Maruliana, suppleverat. Ea de re disputaverat uberioris Branimir Glavičić (“Je li Marulić izostavio epizodus Palušom?”, *Colloquia Maruliana VI*, p. 87–91, Split 1997), qui eodem loco etiam illud supplementum e codice B in lucem ediderat.

In operis codicibus et editionibus colligendis opem et auxilium mihi afferebant duo viri Spalatenses de rebus Marulianis optime meriti, Branko Jozić et Bratislav Lučin; quibus si referre gratiam non possum, habere certe debeo.



## FONTES LECTIONVM

### 1. CODICES

- R** — Codex Venetus: Biblioteca Giustiniani Recanati, Class. VI 865, Cod. XII cart. misc; exscrispsit Ioannes Iacobus Bortolottus Parmensis, prior Collegii medicorum Venetiis annis 1512, 1517–1544; ff. 25v–33.
- A** — Codex Mediolanensis: Biblioteca Ambrosiana, S. 98 sup., fundi Ioannis Vincentii Pinelli, misc. saeculi XVI; ff. 296–304v.
- V** — Codex Vaticanus: Bibliotheca apostolica Vaticana (Codex MS Slavonicus) 7019 Vat. lat.; exscrisperunt Petrus Cindrus (maxima ex parte) et Ioannes Lucius, ante diem 27. Ianuarii 1638; pp. 97–116.
- L** — Codex Vaticanus secundus: Bibliotheca apostolica Vaticana, Vat. lat. 6958, cart.; exscrisperunt Ioannes Lucius et scribae eius, saeculi XVII; ff. 126–133v.
- B** — Codex Belgradensis: Narodna Biblioteka Srbije, R 570, circa annos 1648–1649; ff. 36–47v.
- Z** — Codex Zagabiensis: Nacionalna i sveučilišna knjižnica Zagreb, R 3254, cart. saec. XVIII; pp. 29–39.
- M** — Codex Venetus secundus: Biblioteca Marciana, Cod. It XI. 246 (6806) — fasciculus no. 36 e Bibliotheca codicum manuscriptorum Monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Muranum; ff. 1–8.

### 2. EDITIONES

- Luc** — “Regvm Dalmatiae et Croatiae gesta, a Marco Marvlo Spalaten- si Patricio Latinitate donata”, in: *Ioannis Lucii Dalmatini De regno Dalmatiae et Croatiae libri sex*, Amstelaedami, apud Ioannem Blaeu, MDCLXVI, pp. 303–309.
- Luc-E** — “Errores impressionis in operibus... Marci Maruli Hist. R. R. Dalm.”, in: *Ioannis Lucii Inscriptiones Dalmaticae; notae ad memoriale Pauli de Paulo; notae ad Palladium Fuscum; etc.* Venetiis: typ. S. Curtij, MDCLXXIII, p. 68 (notantur 13 errata corrigenda in Luc).
- Schw** — “Regvm Dalmatiae et Croatiae gesta, a Marco Marvlo Spala- tensi patricio Latinitate donata”, in: *Scriptores rerum Hngaricarvm, Dalmaticarvm, Croaticarvm, et Sclavonicarvm veteres ac genvini...,*

Tomvs tertivs, cvra et stvdio Ioannis Georgii Schwandtneri, Vindobonae, Impensis Ioannis Pavli Kravs, bibliopolae Vindobonensis. MDCCXLVIII, pp. 510–524.

**Sis** — “Hrvatska redakcija s Marulićevim latinskim prevodom”, in: *Letopis Popa Dukljanina*. Uredio Ferdo Šišić. Beograd – Zagreb : Zaklada tiskare narodnih novina, 1928. (Srpska kraljevska akademija; Posebna izdanja; knj. LXVII; Filosofski i filološki spisi; knj. 18), pp. 377–416.

λ — consensus codicum et editionum V L Luc Schw

**REGVM DELMATIÆ ATQVE CROATIÆ GESTA**  
**A MARCO MARVLO**  
**SPALATENSI PATRITIO**  
**LATINITATE DONATA**

- 5        Marcus Marulus Dominico Papali salutem.
- 1        Commentariolum a te in Craina nuper repertum, inter uetustissimas  
gentis illius scripturas Delmatico idiomate compositum, tuo rogatu Latinum feci, Croatiæ Delmatiæque regum gesta continentem.
- 2        Res certe digna relatu et quam non solum nostrę uernaculę lingue gna-  
10 ri, sed etiam Latinę intelligent. Ex hac enim historia et boni exemplum  
petere poterunt quod imitentur et mali per quod sese corrigan. Atque hoc  
illud fuit quod et te impulit ut me ad historiam transferendam urges, et  
me ut tibi obtemperarem. Magis tamen tuus erga me amor laborem hunc  
coegit me subire; quid est enim quod illi non debeo?
- 15      Vale. Anno Christianæ salutis MDX.

---

1-4 REGVM DELMATIÆ ATQVE CROATIÆ GESTA... DONATA ] R λ  
B Sis; Marullo M. Chronicon Slauum latine translatum a Domenico Papali M;  
De gestis regum Dalmatiae et Croatiae A; Cronica Rerum siue Regum Illirię  
Z 1 ATQVE ] R Sis; ET λ B 1-4 GESTA... DONATA ] HISTORIA VNA  
CVM SALONARVM DESOLATIONE B 5 Marulus ] Spalatensis *add.* R; *epis-  
tulam totam om.* B 5 salutem ] S. L M; S. P. D. Z 6 a te in Craina ] in  
Craina a te R; Croatia *pro* Craina A 6-7 uetustissimas gentis illius ] uetustis-  
simas illius Z; uetustas gentis A 7 compositum ] conscriptum Z 8 Croatiæ  
Delmatiæque ] Dalmatiæ Croatiæque Z 8 continentem ] *huc transposuit* Z tuo  
rogatu Latinum feci 9 digna relatu ] relatu digna R 9 et ] eo A 9 quam ]  
quia M 9-10 gnari ] gnari homines A 10 etiam Latinę ] et Latinę M; etiam  
Latini λ Sis 11 per ] *om.* M 12 et ] ex M 12 ut ] et A 13 tamen ] tantum  
M 14 coegit me ] me coegit Z 14 est enim ] R A Z; enim est λ Sis; est M  
14 debeo ] debetur A 15 Christianæ salutis ] λ Sis; salutis Christianæ R A M;  
salutis Z

1        Iustiniano partibus Orientis imperante anno Christianę salutis DXXXVIII, quo tempore Germanus et Sabinus episcopi erant, uite sanctitate nobiles, et Benedictus abbas Montis Cassini, Sfiolado rege uita defuncto Brisssus inter liberos eius natu maior successit in regno. Reliqui duo, Totila et Stroilus, et ipsi dominandi cupidi ad alias prouincias sibi subiugandas animum intendunt. Erat Gothorum gens inquieta, uaga, absque legibus, aspera et bellicosa. Igitur Totila et Stroilus, cum a fratre Brisso subsidia impetrassent, ingentes equitum peditumque copias secum trahentes Occidentis regna inuasere. Et primo quidem infestis armis Pannoniam aggressi commisso cum Pannonibus proelio superant, regem eorum interimunt, regnum uictoria potiti occupant. Post hęc inde mouentes in agro qui Tarnouę dicitur castrametati sunt. Huiusce rei rumor Delmatię regem Salonis tunc residentem timore perculit. Ac repente legatos ad regem Istrię mittendos curat, petit uti coniunctis uiribus a communi periculo sese tueantur maturentque obuiam ire hosti ne ille imparatos repenti irruptione opprimat. Igitur subitaro milite comparato ambo pari animi audacia procedentes castra non procul ab hostium castris posuerunt. Per dies octo leuibus inter se procur-

5

10

15

**1** Orientis ] Orientalibus λ Sis **1–2** DXXXVIII ] λ B Z Sis; 539 R; DXXXI-III A; 534 M **2** quo tempore Germanus et Sabinus episcopi ] pro tempore Germanus et Sabinus episcopi Z; *idem add. in margine* M **2** Germanus et Sabinus ] Sabinus et Germanus A **3** Cassini ] Cassinii λ; fuerunt *add.* A **3** Sfiolado ] Strolado A; Stiolado M **3** rege ] regi M **3** defuncto ] functo A **3–4** Brisssus ] Brisius λ B Sis; Brissius M **4** eius ] *om.* M Z **5** Stroilus ] Stroylus B Sis **5** sibi ] *om.* A **6–7** Erat... bellicosa ] *om.* Luc (*add.* Luc-E) Schw; Erat gens Gottorum inquieta, uaga, absque legibus, aspera bello Z **6** inquieta ] et *add.* A **7** et ] atque B **7** et ] *om.* B **7** Stroilus ] Stroylus R A B V Luc Sis **7** Brisso ] Brisio B λ Sis **7–8** impetrassent ] impetrauissent Z **8–9** regna ] regnum M **9** aggressi ] sunt *add.* λ Z Sis **10** proelio ] bello A **10** superant ] superatis Z; eos *add.* R λ Sis; et *add.* A **10** eorum ] *om.* R B **10** regnum ] *add.* R λ M Z Sis; post potiti *transposuit* A **11** hęc inde ] hęc corde Z; hoc idem A **11** Tarnouę ] Taruonits A; Tarnouę Z; Xarnoniae siue Xarnouie M **12** castrametati ] castramentati R A M Z Sis **12** Huiusce ] R M; huiusque λ Sis; huius A B Z **12–13** Salonis tunc residentem ] tunc Salonis residentem Z; Salonis tunc insidentem M; Salonis commorantem tunc A **13** Ac ] et λ Sis **13** curat ] curauit B; et *add.* Z **14** uti ] ut ei A Sis; ut si λ; ut Z **14** coniunctis ] communibus A **14** tueantur maturentque ] tueantur maturendumque Z; tuerentur A **15** obuiam ire ] ire obuiam λ Sis; obuiam eant A **15** repenti irruptione opprimat ] repentina irruptione opprimat Schw; opprimet Z **15–16** subitaro ] subito Z **16** ambo ] ambi Z **16** animi ] cum A; *om.* M **16** non ] tam M **17–35.1** leuibus inter se procurationibus ] R M Z; leuibus inter sese cursitationibus λ Sis; leuibus inter se percussionibus A; leuiter inter se se procul stantibus B

sationibus decertarunt, postremo exercitibus utrinque in aciem eductis diu dubio Marte pugnatum est. Denique magnis utrinque actis cedibus regum duorum acies inclinari cepit. Deo ita disponente, licet nec numero nec armis nec animi robore essent inferiores, fusi fugatique sunt; fortasse crimine aliquo sui populi offensa diuinitas genti infideli atque impië uictoriam dedit. Multa tunc milia Christianorum desiderata sunt, rex Istriæ interfactus, rex Delmatiæ graui saucius uulnere fugaque elapsus Salonas est delatus. Vrbem moeror inuasit et cede suorum audita lugentium atque ululantium clamor perstrepere cepit. E contrario aduersariorum uis atque potentia eorum quos subegerant suffragiis in dies augebatur. Cumque multitudo ordinem non caperet, fratres diuisis exercitibus aliis alio mouit. Totila cum suis in Istriam profectus Aquileiam uastauit, oppida euertit, Italiamque est ingressus anno Christianæ salutis DXLVII. Vastatis demum Italiæ uicis ac uillis urbibusque aliquot solo equatis populisque ad internitionem deletis in Siciliam transmisit et, sicut futurum Benedictus abbas Diuino spiritu afflatus predixerat, haud multo post fato est defunctus.

---

**1** decertarunt ] decertant Z **1** eductis ] edductis V; adductis L Luc Schw Sis **2** magnis utrinque actis ] λ A M Sis; utrinque magnis actis R; magnis utrinque B **3** inclinari ] inclinare A Luc Schw **4** animi ] om. A **5** diuinitas ] R A Z; diuinitate λ B Sis; diuinitus M **5** atque impië ] atque impio Luc Schw; impięque Z **5** uictoriam ] uictorem Schw **6** tunc ] R A M; tum B Z; *ceteri om.* **7** saucius ] sauciatus B **7** fugaque elapsus ] fugit elapsusque A **7** est delatus ] est delatusque B; delatus est Z **8** moeror ] miror M; timor Z **8** atque ] et λ Sis **9** perstrepere ] perscipere M **9** E] om. M **10** subegerant ] subegerat M **10** suffragiis ] om. A B **10** augebatur ] augebantur R A **10** non ] a uero B **11** fratres diuisis ] factis diuersis A **12** Aquileiam ] λ M Z Sis; Aquelegiam R; Aquilegiam A B **12** oppida... ingressus ] om. M **12** Italiamque ] R λ B Z Sis; Italiam A **12** ingressus ] R λ A B Sis; aggressus Z **13** Italiæ uicis ac uillis ] R A V L B Z; Italiæ uicis atque uillis M; Italiae locis, ac villis Luc Schw; uicis, ac uillis Italiæ Sis **14** ad internitionem ] R A; internitione M; internecione λ Z; internecione B Sis **14** Siciliam ] R A B Z L; Sciciliam M; Italiam Luc Schw; Siciliam corr. ex Italiam Sis **14-15** transmisit ] R A B M; transmisit corr. ex transmittit Z; transiuit λ Sis **15** sicut ] sicuti A Z **15** spiritu afflatus ] afflatus spiritu Z **16** est defunctus ] R λ Z Sis; defunctus est B; est functus A M

Stroilus 2 Interea frater eius Stroilus Illyrici regno potitur, deinde Mysiam inferiorem (quę nunc Bosna dicitur) ingressus, cum et ipsam breui subiugasset, in Delmatiam descendit. Vrbes maritimas deprédatus est, Scardonam oppidum et Salonas, totius prouincię emporium, dirruit et euerit, necdum malis satiatus misit cum parte exercitus filium suum Seuioladum ad Delmatię mediterranea, quę nunc Croatia dicitur, expugnanda. Cumque Iustinianus Cesar intellexisset quod Gothorum dux copias diuisisset dimisissetque a se partem alteram cum Seuiolado filio atque ita esse, ut ferebatur, per exploratores certior factus, coacto repente exercitu Stroilum inuasurus abiit. Nec minus prompte atque impigre Stroilus cum his quos secum habebat processit obuiam. Erat enim et ipse animo inuictus ac manu supra quam credi potest strenuus. Postquam in procinctu stetere acies, manus conserunt; acriter utrinque insistit, arma miscent, nusquam ceditur. Stroilus in medios armatorum globos irruens egregieque sese gerens uulneribus tandem confectus equo delabitur; cuius casu consternati Gothi terga uertunt. Cumque non pauci cecidissent, pars tamen eorum qui fugerant in angustiis magno animo subsistens atque aduersariis repugnans inuicta permansit. Cesariani uero cum ingenti hominum pecudumque preda uictores in patriam sunt reuersi. At uero Seuioladus, cum talia audisset, patris necem ulturus (si

---

**1** Interea ] Interim B **1** potitur ] potitus A Z **2** dicitur ] R A M B Z; nuncupatur λ Sis **2** ingressus ] ingressus est Z **2** cum et ] Quum etiam Z **2** breui ] breui tempore Z **3** in ] *om.* M **5** Seuioladum ] Stiuoladium A **5–6** Delmatię mediterranea ] Dalmatiam mediterraneam λ B Sis **6** Croatia ] Craina *corr. ex* Croatia Sis **6** expugnanda] R A M Z; expugnandam λ B Sis **7** dimisissetque ] *om.* M **8** Seuiolado ] Stiuolado A **8** esse ] esset M **9** factus ] factus fuisset R λ B Z Sis; fuisset *om.* Z **9** inuasurus ] inuasurum A **10** atque ] ac Z **10** his ] iis Z **10** habebat] abiit A **11** et ipse animo ] R λ B Z; et animo ipse A; ipse animo M **11** ac ] R λ M B; atque A; et Z **11** supra ] R A M Z; super λ Sis **11** quam ] quam quod A **11** credi ] *om.* Z **12** potest ] posset A **12** procinctu ] precinctu R **12** acies, manus ] ac inter se manum Z **12** conserunt ] R λ Sis; conserentes A; conseruerunt B; construere *ut videtur* Z; coniecerunt M **13** insistit ] R A M B Z; insistunt λ; insistabant Sis **13** miscent ] miscentur Z **13** nusquam ] nunquam M **13** ceditur ] ceditur *codd.* **14** irruens egregieque sese ] R λ B Z Sis; irruens egregie se se M; ruens, egregie se A **14** tandem ] *om.* M B Z **15** delabitur ] dillabitur R **15** cuius ] λ B Sis; eius R A M Z **15** consternati ] consternati sunt B **16** tamen ] *om.* Z **17** subsistens ] insistens A **17** inuicta ] inuita B **18** ingenti hominum pecudumque ] ingente hominum peditumque M **18** pecudumque ] ac pecudum R **19** Seuioladus, cum ] cum Stiuoladus A **19** audisset ] audiisset R

Primus rex

Rex II

- fors ita ferret) cum tota expeditione, quam celerrime poterat, Bosnam proficiscitur. Sed cum aduersarios inde iam discessisse comperisset, ibidem patris loco regnare coepit natusque est ei filius cui Silimiro nomen fuit. Ipse autem Seuioladus Bosnæ, Valachię usque ad Polonię fines, et Delmatię 5 Croatięque imperauit, Christiano nomini infensissimus. Eos igitur qui maritima Delmatię oppida incolunt frequentibus afficiebat iniuriis.
- 3 Anno imperii sui XII uita decadens, filio Silimiro regnum reliquit. Hic patri natura ac moribus longe dissimilis erat. Nam licet et ipse esset gentilis, omnes tamen sibi subiectos perhumaniter ac perbenigne habebat, ius 10 suum cuique tribuens, neminem lēdi permittens et in exigendis uectigalibus nullum inter Christianos et gentiles habens discrimen. Plurimi itaque de coetu fidelium, qui ob persecutionem sœutiamque prioris domini dilapsi fuerant, rediere; breuique effectum est ut superior Delmatię pars, quę Croatia nuncupatur, nunquam populosior fuisse existimaretur; tranquille inter 15 omnes degebatur nullisque lacescentibus bellis pacem agitabant.

**1** fors ita ferret] M; sors ita ferret R λ A B Z Sis   **1** quam celerrime poterat] *om. A*   **1–2** Bosnam proficiscitur] proficiscitur Bosnam R   **2** iam] *om. B*   **2** discessisse] A B; decessisse R λ Z Sis; descessisse M   **3** patris] R A B Z; fratriς λ Sis; gratis M   **3** natusque est] R A M Z; natusque B; nasciturque λ Sis   **3** Silimiro] R B; Silimero λ Sis; Silinico A; Solimiro M; Silimerus Z   **4** Seuioladus] Stiuoladus A; Seruioladus B   **4** Valachię... fines] R λ B Z Sis; Valachię usque ad Polonię finem M; Vlachiae atque Poloniae finibus A   **5** nomini] nomine A   **5** infensissimus] R M; infestissimus λ B Z Sis; infensi-ssime A   **5** igitur] R; itaque λ A M B Z Sis   **6** afficiebat] *om. B*   **7–8** Anno... dissimilis erat.] λ A M B Z Sis; Silimirus Seuiolado postquam XII annos imperas-set uita decadenti in regno successit, patri natura ac moribus longe dissimilis R   **7** decadens, filio Silimiro] sibi unico A   **7** Silimiro] Z; suo Silimiro B; Selimiro V L Sis; Selemiro Luc Schw; Solimerio, ut videtur, M   **7** Hic] Ille A   **8–9** et ipse esset gentilis] esset et ipse gentilis M   **9** ac] et A M   **9** perbenigne] benigne Z   **11** itaque] *om. A*   **12** de coetu] *om. Z*   **12** sœutiamque] scaeutiamque R   **12** domini] ducis M   **13** effectum] factum Z   **13** superior] superioris A   **14** nunquam] numquam *codd.*; nusquam Z   **14** fuisse] R M B Z; fuisset A; *om. λ* Sis   **15** degebatur] degebat B   **15** nullisque] nullis   **15** agitabant] agitabat B

III rex  
Bladinus

4 Silimiro autem, cum unum et uiginti annos imperasset, e uiuis sublato,  
successit Bladinus filius. Mitis admodum et paternę mansuetudinis ęmulus,  
omnibus charus uixit. Veruntamen filium genuit suę probitati nimis impa-  
rem ingenioque diuersum; Ratimiro nomen erat. Cumque adoleuisset, inso-  
lescere coepit et regnante adhuc patre quasi dominari uelle. Per idem tem-  
pus immensa quedam hominum multitudo familias quoque mulierum ac  
puerorum secum trahens transmisso magno amne Velia in regionem Sinba-  
giorum irrupit eaque potita est. Huius gentis dux erat nomine Barris, quem  
nos Cęsarem possumus dicere; sub eo chiliarchę prefectique erant, quorum  
nutu atque auspiciis singuli plebis ordines regebantur disponebanturque.  
Hinc profecti Seleuciam sibi subegere, deinde Macedoniam, neque eo con-  
tentи Italianam quoque armis inuaserunt. Non semel cum illis congressus Ro-  
manorum imperator cum semper inferior discessisset reipublicę consulere  
cupiens foedus cum ipsis iniit; qui pacta pacis fideliter obseruantes bello  
abstinebant. Bladinus autem, Salonarum rex, fama potentię eorum cum non  
parum terreretur, ubi audiuuit sua lingua eos uti et commercio facile amici-

5

10

15

**1** Silimiro autem] R M B Z; Salimiro λ; Selimiro Sis; Silinico autem A  
**1** unum et uiginti] M A B; XXI R V L Luc-E; XII Luc Schw; X Sis **2** Bladinus] λ M Z Sis; Baldinus R A B **2** mansuetudinis] R A V L Schw B Z; mansuetudini  
 Luc Sis **3** omnibus] om. A; post charus *transp.* M **3** charus] carus *codd. et  
 edd.* **3** Veruntamen] V M; Verumtamen L Schw Z; Verum tamen R A B Luc Sis  
**3** filium genuit] genuit filium Z **3** probitati] Z Schw; probitatis R A M V L  
 Luc Sis B **4** diuersum] R M λ Z Sis; auersum B; aduersum, cui A **4** Ratimiro] R A M λ Sis; Retimiro Z; Ratimerio B **5** coepit] cum *add.* L Luc Schw Sis  
**5** et regnante adhuc patre] R A λ Sis; ac regnante adhuc patre Z; et Reganti adhuc  
 Patri B; et regnandi adhuc graue M **5** quasi] R A M B Z; cum V; cum *del.* L  
**5** dominari] dominare B **5** uelle] R Z; uellet A M λ Sis B **5** idem] R M  
 λ Sis; id A; idem quoque Z **6** quedam] om. Z **6** familias quoque] R M λ Z  
 Sis; familiasque A; famelias quorum B **7** trahens] B Z; trahentes R A M λ Sis  
**7** transmisso] om. B **7** amne] agmine M **7** Velia] Veliam B **7** regionem] regione A M **7-8** Sinbagiorum] λ Sis; Simbagiorum B; Sinobugiorum R A M Z  
**8** irrupit] irrumptit B **8** potita] potitus L Luc Schw Sis **8** Barris] R A λ Sis;  
 Baris M; Barus Z; Paris B **9** dicere] appellare B **9** chiliarchę] tiliarche M  
**10** atque] aut Z **10** plebis ordines] ordines plebis R **10** disponebanturque]  
 Disponebant A **11** profecti] Prefecti Z **11** subegere] R λ B Sis; subigere A M;  
 subegerunt Z **11** deinde] denique Z **11** eo] R A M B Z; ea λ Sis **12** armis]  
*om.* R **12** inuaserunt. Non] inuasere. Nam A **12** illis] eis A **14** foedus  
 cum ipsis] cum eis fedus Z **14** ipsis] eis A **15** Bladinus] Baldinus R A  
**15** autem] om. A **16** eos] illos Z **16** et commercio] Schw; et comercio V L  
 Luc Sis; eo commertio R M; comertio A; comercio B; eo comercio ab iisdem Z  
**16-39.1** amiciciam] amicitiam *codd. et edd.*

ciam ab iisdem se impetraturum ratus legationem misit; nec spe frustratus, quod cupierat, obtinuit. Neque enim lingua tantum cum illis communicabat, uerum etiam religione. Et quo certior atque diuturnior pax haberetur, factus est Barri tributarius. Et ille tandem bello rapinisque abstinens his  
 5 quos subegerat felicius præesse cupiens cuncta, quæ armis uastata erant, nouis cultoribus replenda curauit uectigalium remissione inuitando immunitateque et libertate.

5 Interea Bladino rege uita defuncto regni gubernacula filius suscepit  
 Ratimirus qui, auitæ humanitatis penitus expers, inimico animo in Christi-  
 10 anos erat. Non pauca regni oppida, quæ ab illis habitabantur, euertit, ipsos  
 uero in seruitutem redigit, sed iis præcipue infestus qui maritima Delmatiæ  
 incolebant loca. Itaque quæ aui patrisque benignitas coli frequentarique fe-  
 cerat uasta ac desolata illius reddidit duritia plerique Christianorum late-  
 bras sibi quæsiere ad siluarum deserta montiumque solitudinem sese tran-  
 15 sferendo uitamque misere admodum sustentando dum spem fouent se Deo  
 miserante meliorem tandem dominum sortituros. Neque illos ea spes fefel-  
 lit, quanuis ad quintum usque regem dilatus est euentus. Etenim haud ita

Rex IIII

---

1 ab iisdem] *transp.* Z; ab eisdem B 2 cupierat] Z; cupuerat R λ M B Sis;  
 cupiebat B 2 cum illis] *om.* B 3 etiam religione] R A Z; et religione λ Sis;  
*legi non potest in* M; *om.* B 3 Et] Ex A; etiam et B 3 atque diuturnior] diutur-  
 niorque A 4 Barri] R L Luc Schw Sis; Bari M Z; Barrii A; Parri B 4 ille] R A  
 V L B Z; illo Luc Schw Sis; *in M legi non potest* 4 his] R A B; iis λ Z Sis; *in M*  
*legi non potest* 5 felicius præesse cupiens] R A λ B Z Sis; præesse felicius supi-  
 ens M 5 felicius] facilius A 5 uastata erant] uastata fuerant A; erant uastata Z  
 6 uectigalium remissione] uectigalium remissionem B 6 uectigalium] uectiga-  
 liumque A 6–7 inuitando immunitateque et] inuitando *deletum* immunitate *corr.*  
*scriba ex* immunitatem et V L; inuitando immunitatisque R A M Z; immutando  
 immunitateque ac B; immunitate et Luc Schw Sis 7 libertate] libertate donavit  
 B 8 Interea Bladino] λ M Z Sis; Interea Blandino A; Interea Blodimerio B;  
 Baldino interea R 8 filius suscepit] suscepit filius Z 9 Ratimirus qui] R A  
 M Sis; Ratimirus qui λ Z; Ratimerius qui B 10 quæ] quia A Z 11 infestus]  
 infestus erat Z 12 Itaque] Igitur R 12 patrisque benignitas] benignitas et  
 patris A 13 desolata] M Z Luc Schw; dessolata R A B; dissoluta V L; dissoluta  
 Sis 13 duritia] sequitia A 14 montiumque] montium B 15 misere admodum  
 sustentando] R M; misere admodum sustinendo B; admodum misere sustinendo  
 L Luc Schw Sis; admodum *postea add.* V; admodum misere sustentando A; adeo  
 miseram sustentando Z 15 fouent] foueant Z 15 se] sese A; si B 16 illos]  
 eos A 17 quanuis] quamuis *codd. et edd.* 17 ad quantum usque] R A M Z;  
 usque ad quintum λ Sis 17 dilatus] delatus A B 17 ita] R A M Z

Rex V  
VI VII VIII

multo post moritur Ratimirus absque liberis nullaque post se prole relicta. Suffectus est tamen in eius locum quidam ex propinquis, deinde et hoc mortuo alius; uterque autem grauis atque molestus Christiano nomini in primis fuit. Deinde alii duo unus post alterum regnarunt, omnes tamen, ut melioribus locum darent, satis celeri morte de medio sublati sunt. Ceterum quam diu uixerunt usque adeo nostrę religioni infensi erant ut nonnulli ex Christianis persecutionibus afflicti ad eorum ritus declinarent, sed quibus fides uita charior erat, omnia extrema perpeti malebant quam gentilitatis erroribus implicari.

5

6 Quintus ab his in regnum uocatus, nomine Satimerus, abstinuit a fidelium infestatione atque in omnes equo pariter animo fuit. Eo regnante in publicum prodibant qui diu latuerant quique antea metu conterriti partim a fide defecerant, partim fugerant, pristina libertate usi ad sua quisque loca redibant. Erat ea tempestate Thessalonice uir quidam nomine Constantius, multa uitę sanctitate p̄ditus philosophięque doctrinis apprime eruditus. Hic diuinitus inspiratus cum de Thessalonica Cassariam se transtulisset,

10

15

Rex  
VIII  
Satimerus

**1** Ratimirus] λ M A Sis; Ratimerus R; Ratimerius B; Ratmiro Z **1** se] sese M **1-2** relicta] relicta mortuo *et sententia non finitur* in Z **2** est tamen] R; tamen est λ M Sis; tamen A B; est Z **2** in] *om.* M B Z **2** eius locum] *om.* Z; eius locum est A **2** ex propinquis] R λ M B Sis; ei propinquus A; eius propinquus Z **2** deinde] *om.* R **3** autem] tamen R A; *om.* B **3** atque molestus] et molestus A M; *om.* B **3** Christiano nomini] Christ. nomine M; *om.* A **3-4** in primis] *om.* L Z **4** alterum regnarunt] R A M; alium regnauerunt λ Z Sis; alterum regnantes B **5** melioribus] *postea add.* V **5** satis celeri] satis *del.* V; satis celere M **6** infensi] infesti A; infesti B **7** persecutionibus] persecutoribus M Luc Schw **7** eorum ritus] R A; illorum ritus V M B Z; illorum ritum L Luc Schw Sis **7** declinarent] declinarunt B M; declinarint Z **8** fides] *om.* A M; *transp. post* uita Z **8** uita charior] (*charior scriptum*) R λ A B Sis; carior uita M; uita fides carior Z **10** his] ijs B **10** nomine] *postea add.* V **10** Satimerus] R M L Luc Schw Sis; Satimirus A Z; Satimerius V B **11** equo pariter] R; pariter equo λ M B Sis; penitus aequo A; pariter amico Z **12** latuerant] latuerunt A B **12** metu conterriti] R A B Luc-E Sis; metu conteriti M V L; metu contriti Luc Schw; conterriti metu Z **13** fugerant] aufugerant R Z **14** Erat ea tempestate Thessalonice uir quidam nomine Constantius] R; Ea tempestate uir quidam nomine Constantius (Constantinus B) Thessalonice erat A M λ B Z Sis **15** philosophięque doctrinis] R M; philosophię doctrinis Z; philosophię documentis *corr. ex* doctrinis V; philosophię documentis B L Luc Schw Sis; publicisque doctrinis A **16** diuinitus] A M B Z; diuiniter R λ Sis **16** Cassariam] R A; *in Casaream corr. ex* Cassatiam V; *in Caesaream* L Luc Schw B Sis; Caesaream M **16** transtulisset] contulisset A

Christum euangelizare coepit; multi conuertebantur, credentes baptizabat, denique totam ferme Bulgarorum prouinciam ueritatis prædicatione ab erroribus liberauit.

- 7        Cum ergo defuncto rege Satimero Budimerus, uir humanitate animique  
 5 mansuetudine et ipse insignis, diadema sceptrumque suscepisset, a Constantio doctus Christi quoque religionem suscepit. Et quoniam litteris etiam non parum instructus erat, cum philosophis aliisque incredulis contendere ausus, nonnullos ex iis in Christum credere compulit. Inde Cassariam accedens grataanter est susceptus ibique regni sedem posuit, fidelis inter  
 10 fideles quos iam Constantius conuersos baptizauerat. Erat tunc summus ecclesiæ Romanæ pontifex Stephanus, qui cum mirifica Constantii opera audisset, uidere illum cupiens, ut ad se ueniret, per litteras petiit. Vir igitur sanctissimus Constantius, cum interim ex pontificis autoritate presbyteros ordinasset, Vetus Nouumque instrumentum ex Græco in lingua Slauam  
 15 transtulisset et eiusdem lingue missam composuisset credentesque in fide confirmasset, Romam profectus est iussis apostolicis id poscentibus; inter eundum ad Budimerum regem diuertens per dies aliquot plebi prædicauit

Rex X  
Budimerus

**1** credentes baptizabat] R A M; credentesque baptizabantur λ Sis; credentes qui baptizabantur B; credentes baptizabatur *sic* Z **2** totam] tota M **2** ferme] fere Z **2** Bulgarorum] Bulgariorum A **2** ab] *om.* Z **4** ergo] igitur B **4** Satimero Budimerus] R M λ Z Sis; Satimiro Budinirus A; Satimerio Budimerius B **4** humanitate animique] humanitate atque Z; animi *vacat* A **5** et ipse] *om.* Z **5** diadema sceptrumque suscepisset] diadema sceptrumque suscepit A; diademam septrumque suscepisset B; diadema sumpsisset et sceptrum R **5–6** a Constantio doctus] a Constantino doctus B; et a Christiano edoctus A **6** quoniam] quum *ut videtur* M; quantum B **6** etiam] et A **7** aliisque] aliis B; aliis est R **8** nonnullos] non paucos Z **8** iis] hijs M **8** in Christum credere] credere in Christum **8** Cassariam] R; Cassaream A; Caesaream *corr.* ex Cassatiam V; Caesaream M L Luc Schw Z Sis; Cęsarium B **9** grataanter] R A λ Z Sis; grauiter M; gratulantes B **9** est susceptus] R A M Z; susceptus est λ Sis **9–10** ibique... baptizauerat.] *om.* Z **9** regni sedem] sedem regni B; regni fines M **9** posuit] imposuit R **10** iam Constantius] Constantius iam A **10** Constantius] *corr. in* conuersos V; *om.* L **11** ecclesiæ Romanæ pontifex] pontifex ecclesiae Romanae A **11** ecclesiæ Romanæ] λ Z Sis; Romanæ ecclesiæ M B; Romanus R **11** Constantii opera] opera Constantii Z **12** audisset] audi- et Schw **12** illum] eum A B **12** ut] *om.* B **13** sanctissimus] sanctus A; s. B **13** presbyteros] plurimos A **14** instrumentum ex] R; instrumentum e M Z; testamentum e A λ B Sis **14** Slauam] Sclauam R L **15** fide] fidem M **16** profectus est] R; est profectus A M B λ Z Sis **16** apostolicis] amplius B **17** eundum] eundem Schw **17** Budimerum] R; Budimirum A λ Sis; Budimerium M Z; Budemerium B **17** aliquot] aliquo Luc

nonnullisque qui reliqui erant fidei lauacro purificatis Romam uersus, quo iter habebat, discessit. Interea fideles, quibus præterat Budimerus, omnes uno ore Deum laudabant et dominum nostrum Iesum Christum qui pro salute in se credentium sustinuit crucem. Rex autem quibusdam Latinę linguę non ignaris negotium dedit ut coactis in unum omnibus littoralis Delmatię quandam accolis atque habitatoribus loca oppidaque superiorum regum impietate dirruta ac desolata instaurarent et exinde Christi nomen longe lateque diffunderetur. Videbat præterea diuersos genere ac lingua permixtim confuseque constipari et eos suis quenque locis suisque legibus distinguere maturabat. Sed dum seniorum sapientumque uocato concilio super ea re deliberat nec quisquam, quid facto opus esset, satis comper-  
5 tum haberet, legatos Romam ad Stephanum pontificem et Constantinum Augustum misit; ab his rei quam facere decreuerat consilium auxiliumque petens et aliquos de sapientum numero uiros cum ueteribus locorum urbiumque scripturis regnique sui finium atque iurium, qui disponere omnia rite edocti scirent et in statum suum redigere, quo religionis a se populoque  
10 suo susceptę fides rebus recte constitutis certior atque diuturnior haberetur.

5

10

15

---

**1** nonnullisque qui reliqui erant ] Z; *om.* R A M λ B Z Sis **1** purificatis ] purificatus B **1** Romam ] Romamque R **1** quo ] qui B **2** Interea fideles ] Interim fidelibus A **2** Budimerus ] R; Budimirus A λ Sis; Budimerius M Z; Budemerius B **3** Deum laudabant ] laudabant Deum B **3** nostrum ] R; *om.* A M λ B Z Sis **4** quibusdam ] *om.* Z **5** ignaris ] ignarus Z **5** omnibus ] *om.* B **5** littoralis ] litteratis A V; V fortasse littoralis **6** quandam accolis ] M λ B Z Sis (quondam *postea add.* V); accolis A; incolis quondam R **6** loca oppidaque ] loca oppida B **7** regum impietate dirruta ac desolata ] A M λ B Z Sis (diruta *codd. et edd.*; dessolata M); impietate regum dirrupta ac dessolata R **7** ac ] et A **7** instaurarent et exinde ] instaurarentur ut exinde Z; restaurarentur, et etiam A **8** longe lateque ] R; longius latiusque A M λ B Z Sis **8** ac ] et A **8–9** permixtim ] permixti M; permixtam B **9** constipari ] constipati A M **9** et ] quapropter Z **9** quenque ] quemque R A V L B Z; quęcunque Luc Schw Sis; quumque M **10** seniorum sapientumque uocato concilio ] R; sapientum seniorumque uocato concilio Z; seniorum sapientumque concilio B; seniorum sapientumque consilio M; seniorum sapientumque concilio V L; seniorum sapientumque consilio Luc Schw Sis **11** deliberat ] deliberabat A; deliberaret Z **11** quisquam ] R λ Z Sis; quicquam A M; quidquam B **11** quid ] quod M Z **12** legatos ] litteras B **12** Constantinum ] Constantium B **13** his ] iis Z **13** facere ] *om.* A **14** et ] instansque ut Z **14** ueteribus ] ueterioribus A **15** regnique ] ad se mitteret qui regni Z **15** finium atque iurium ] iurium atque finium R **15** qui disponere omnia ] acbientes *sive similia* V **16** edocti ] edocti disponere Z **16** redigere ] redigerent Z **17** susceptę ] receptę R; suscepta B

Hac legatione audita pontifex magno afficitur gaudio, postulata concedit et extemplo ad regem duos cardinales ac duos episcopos simul destinat; qui cum uenissent, apostolica autoritate cuncta quę facta opus erant peregerunt: per illos quippe presbyteri consecrati, erectę ecclesię, leges rogate 5 et, quęcunque nouitiis Christianis necessaria erant, plene perfecteque fuere constituta. Aduenientes autem in campo qui Cliuna appellatur regi occurserunt. Ibi enim rex cum magno procerum suorum comitatu expectatos honorifice excepit; omnes quippe regni prefectos ibidem iusserat congregari ut omnibus nota essent quę agebantur. Igitur per dies octo apostolici uiri 10 nihil aliud egerunt nisi ut omnibus persuasum esset in Christum credere, fidem religionemque propagare, communi omnium saluti consulere et, quicquid deinde pontificali autoritate deffinitum fuisse, ratum habere; deinde cunctis audientibus scripture per dies quattuor lectę et, sicuti hę monebant, regiones diuisę metęque finium singulis impositę ac iura constituta. His 15 peractis Budimerum regem sacro chrismate delibutum sanctificarunt et in dignitate, in qua erat, opportunis benedictionibus confirmarunt, imponentes reliquis omnibus ut semper dicto eius audientes essent iussaque perficerent et suis post illum hęredibus pari studio obsequerentur. Deinde archiepisco-

**1** Hac legatione ] A legatorum *sic* B **2** regem ] rem A **2** simul ] *om.* A Z **3** cuncta ] R A M; cuncta ad Z; *om.* λ B Sis **3** erant ] R A Schw; erant *corr. in* V; erat M L Luc B Z Sis **4** quippe ] quippe et Z **4** erectę ] uictu M **4** rogate ] rogare M **5** nouitiis ] nouissimis M **5–6** fuere constituta ] A λ B Sis; fuerunt constituta Z; constituta fuerunt R; facere constituta M **6** Aduenientes ] R M Z; Aduenienti λ B Sis; Adeuentes *corr. ex* Aduentes A **6** autem ] R A λ Z Sis; *post* in campo *transp.* M; *om.* B **6** qui ] quod Z **6** Cliuna ] R λ B Sis; Chliuna M; Cliunci A; Hliuna Z **6** appellatur] dicitur R **6–7** occurserunt ] occurunt A B **7–8** honorifice excepit ] benigne excepit A **8** excepit ] M; excipit R; excepérat atque eodem loci Z; recepit λ B Sis **8** quippe ] *om.* Z **8** ibidem ] *om.* Z **9** per dies ] prédicti Z **9** apostolici uiri] uiri apostolici A **10** ut ] *om.* Luc Schw Sis **10–11** fidem religionemque ] religionem A **11** et ] ut M **12** deffinitum fuisse ] definitum fuisse M Z; fuisse definitum A; diffinitum fuisse R L Luc Schw B Sis; difinitum fuisse V **12** deinde ] R A M B Z Luc-E Sis; dd *abbreviatum in* V L; dictis Luc Schw **13** cunctis] omnibus Z **13** dies quattuor] eos A **13** et ] *om.* V B Luc Schw Sis **13** hę monebant ] admonebant A **14** singulis] R A M Z; singulę λ B Sis **14** His] ijs B **15** peractis] pactis M **15** Budimerum regem] regem Budimirum A **15** Budimerum] R M; Budimerum Z Sis; Budemerum V L Luc Schw B **15** sacro chrismate] sacris Christianis Z **15** delibutum] M V L Z Luc-E Sis; delibatum R A B Luc Schw **15** sanctificarunt] sanctificauere B **16** opportunis] opportunus M **18** obsequerentur] obsequeretur M **18–44.1** archiepiscopos episcoposque] A λ B Z; episcopos archiepiscoposque R; archiepiscopos episcopos M

pos episcoposque crearunt per loca dioeceses eis assignando iuxta quod in litteris uetustę obseruationis inuenierant. Vnum ex archiepiscopis miserunt Salonas, cuius quidem urbis tunc maxima pars dirruta erat et quęque eglesia uastationibus deformata Gothorum immanitate atque sequitia. Alterum uero archiepiscopum Ducliam destinarunt. Episcopos autem alios aliis locis pręficientes istorum archiepiscoporum iurisdictioni ac regimini subiecerunt. Tunc ecclesiarum edificia, quę prostrata iacebant, rursum sunt erecta et episcoporum consecrationibus sanctificata. Pręterea regis edicto cautum est ne quis illius ecclesię ius usurparet, ne quis clero iniuriam faceret, ne quis aduersus ecclesiasticam libertatem ire pręsumeret, sed ut omne clericorum ius atque potestas prępositorum ecclesię arbitrio deffiniretur, lęse maiestatis reus esset si quis contra attentare auderet; deinde (ut dictum est) regionum fines diuisi. Postquam autem cuncta secundum pristinam consuetudinem in suum redacta sunt statum, hoc est maritima mediterraneaque Delmatię loca et quę inter flumina Drauum et Sauum, Danubium influentia, iacent regionemque quę a Delminii ruinis, ubi tunc regni concilium factum fuerat, usque ad locum qui Valdemin appellatur et a Valdemino usque Dyrachium protenditur, hanc in partes duas diuiserunt, quas dirimebat ripa

**1** crearunt] hortarunt M **1** iuxta] iusta R **2** litteris] R A M B Z Sis; Iiris V L; libris Luc Schw **2** inuenierant] inuenirent A **3** quidem] quidam Z **3** tunc maxima pars] R; maxima pars tunc A M λ Z Sis; maxima pars B **3** dirruta erat] diruta erat R A M λ Z Sis; erat dirruta B **4** Gothorum] M V L Schw B; Gottorum R A Luc Z Sis **4** immanitate] R A M Z; inhumanitate λ B Sis **5** uero] *om.* M Z **5** Ducliam destinarunt] M B; Ducliam assignarunt R; Diocliam destinauerunt A; Diochliam destinarunt λ; Diocliam destinarunt Sis; Ducaliam destinarunt Z **6** pręficientes] perficientes M **6** istorum] R A M V L B Sis; illorum Z Luc Schw **6** iurisdictioni ac regimini] iurisdictione ac regimine M **8** et] ac Z **8** episcoporum] R A M; episcoporum Z; ipsorum λ Sis; ipsarum B **8** consecrationibus] sanctificationibus A **9** illius ecclesię ius] R λ B Sis; ullius ecclesię ius M Z; ius alicuius ecclesiae A **9–10** clero iniuriam... ecclesiasticam libertatem] contra ecclesiastica A **9** clero] episcopo Z **10** ecclesiasticam libertatem] ecclesiasticum M **11** deffiniretur] diffiniretur R A λ Sis; definiretur M Z; desineretur B **12** attentare] A λ B Z Sis; attentare ausus M; tentare R **12** deinde] dictarum Schw **13** diuisi] diuisi sunt A **13** autem] aut A **13** pristinam] A λ B Sis; priscam R M Z **15** loca] *ante* Delmatię *transp.* Z **15** Danubium] et Danubii Z **16** quę] quę est Z **16–17** regni concilium factum fuerat] A M λ Z Sis (regni concilium *corr. in* concilium regni L); concilium regni factum erat R; concilium factum fuerat B **17** Valdemin] λ Sis; Vadelminum R; Valdemini A; Valderum M; Valdimin B; Veldamia Z **17** Valdemino] R M λ Sis; Valdemino A; Valdimino B; Veldimino Z **17** usque] usque ad R A M Z **18** hanc] *om.* Z **18** diuiserunt] diuiderunt A

Bannus

Drini fluminis, occidentem uersus usque ad Beriam montem et tractus perpetuus Bosnam prouinciam scindens usque ad montem Lippam. His ita separatis alibi banni, quos Latini tribunos uocant, alibi sublimioris potestatis duces prefecti sunt, prout cuiusque regionis exigere uidebatur conditio; sub 5 his creati sunt centuriones, ita dicti a militum numero quibus præerant; singuli banni septem centurionibus imperabant, maior natu ex centurionibus cum bano suę ditionis gentibus ius dicebant. Duces uero ad ius populo dicendum cum quinque consiliariis prætoribus considebant, insuper magistratus officiaque diuidentes qui prouinciam regerent exigerentque uectigalia a 10 ducibus constituta et quęque regno plebique expedientia prouiderent. Banni quoque ut simul cum uno centurione iudicent, statuerunt, alioquin iudicium irritum sit. Quilibet autem prædictorum de suis uectigalibus partem tertiam pendebat regi ut communi omnium domino, cui subesse debeant omnes qui regni finibus continentur. Alias præterea leges ac scita sanxerunt, quę 15 nunc referre longum foret, habentur autem in libro qui est in Croatia dictus Methodus, quem Latine Rationale possis dicere. Cardinales tandem epis copique et Cesaris legati probe ac laudabiliter suo functi officio magnisque a rege muneribus donati reuerenterque habiti recessere. Mox etiam omnis hominum multitudo cum suis ducibus bannis centurionibusque dilapsa est

---

**1** ad Beriam ] A; ad Boeriam Z; Beriam R; Beciam M; Beiram λ B Sis  
**2** Bosnam ] A; Bosinam R M; Bosninam V L Luc B Sis; Bosniam Schw; scindens Z **2** scindens ] scidens B; *transp. ante* prouinciam Z **2** ita ] R M λ Sis; itaque A B; *om.* Z **3** banni ] Bani *corr. ex* Banni V **3** Latini ] Latine M B **3** tribunos ] trubinios M **3** uocant ] appellant Z **3** alibi ] alii A **3** potestatis ] λ B Sis; dignitatis R A M Z **4** exigere uidebatur ] uidebatur exigere M **5-6** singuli ] et singuli B **6** imperabant ] R A M B Schw Sis; imperabat V L Luc; imperantes Z **7** bano ] Bannis B **7** suę ] R M A Z; ut λ B Sis **7** gentibus ] genti Z **7** dicebant ] R A M B; dicerent λ Sis; dicebat Z **8** considebant ] consedebant B **10** quęque ] utrisque A **10** plebique ] *om.* Z **10** prouiderent ] praeuiderent R **11** uno ] R A M Z **11** iudicent ] ius dicerent Z **11** alioquin ] alioqui A **13** pendebat ] pendebant M **13** subesse debeant ] debeant *hic* R; *ceteri transp. post* continentur **14** continentur ] continentur, debeant M λ B Z Sis; continentur, deberent A **14** ac ] et A **15** foret ] *om.* R **15** est in Croatia ] et Croatię Z **15** dictus ] qui dicitur A **16** Methodus ] R; Methodes λ B Sis; Methodos A Z; Metodos M **16** Rationalem ] R A M Z; Rationale λ B Sis **17** ac ] et M **17** functi ] R M; defuncto Luc Sis; defuncti V L Schw B Z; defuncti *transp. post* officio A **18** donati ] decorati Z **18** reuerenterque ] reuerenter M **18** recessere ] R A M Z; recesserunt λ B Sis **18** etiam ] et M **18-19** omnis hominum multitudo ] R A Z; omni hominum multitudo M; multitudo omnis hominum λ Sis; multitudo omnium hominum B **19** est ] *om.* Z

in suas quisque sedes patriumque solum rediere. Rex autem ipse Budimerus anno a sua unctione quadragesimo, mense III. diem clausit extremum et cum ingenti funeralis pompe apparatu in eadem beatę Virginis Marię matris Dei in oppido Decolio est sepultus. Luxit eum populus dies plurimos; nam ex omnibus regni finibus, ut funus eius honorarent, eo conuenerant.

Rex XI      8      Non multo ante natus regi filius erat. Hunc infantem licet et in cunis adhuc iacentem omnes uno animo regem salutauerunt. Vncto deinde ab episcopis et coronato nomen inditum est Sfetolicus, quod in Latinum uersum Sanctulum sonat. Qui cum adoleuisset, patris, omnium qui ante illic regnarunt prestantissimi, uestigia sequi coepit, sacris deditus Christianęque religionis ualde studiosus. Cumque in omnibus sese summa cum laude gessisset mortemque obiisset, filius ei Vladislauus successit in regno, qui ei duo de uiginti annos nato genitus fuerat.

Rex XII      9      Hic quidem et corporis uiribus et animi audacia prestatbat, sed uita ac moribus patri auoque non satis similis habebatur. Parum enim religiose uixit nec iustitię seruiens nec legibus parens, quin immo prauis animi cupiditatibus deditus nihil sibi non licere existimabat quod collibuisset. Maxime illum uenatio delectabat, cui intentus, dum die quodam citato equo feram insequitur, forte in foueam non modice altitudinis corruit atque inde

---

**1** solum ] *om.* R      **1** rediere ] reddituras B      **1** ipse ] *om.* M  
**1-2** Budimerus ] R A M Sis; Budumirus B; Budimerius λ Z      **2** mense III.] R A M λ Sis Z; mensis tertii B      **3** funeralis ] funeralisque M      **3** pompe apparatu ] pompa, apparata B      **3** eadem ] sede B; *om.* L Schw      **3** beatę Virginis Marię ] B. M. Virginis Z      **4** Decolio ] λ Sis; Doclio ubi R; Deocli A; Tocolico M; Decobio B; Docelio Z      **4** eum ] *del.* R      **5** honorarent ] R A M Z; honoraretur λ B Sis      **5** eo ] R L Luc Schw B Sis; *om.* ceteri      **5** conuenerant ] R A M L B; conuenerunt V Luc Schw Z Sis      **6** regi ] R A M Z; ei λ B Sis      **6** erat ] *ante regi transp.* A      **6** licet ] *om.* Z      **6** cunis ] sinus M; incunabulis Z      **7** salutauerunt ] M Z; salutarunt R λ A B Sis      **7** deinde ] R A M B Z Luc-E Sis; *vacat* V; dd L; dictis Luc Schw      **8** inditum ] R A λ Z Sis; indutum M; ei dictum B      **8** Sfetolicus ] Suetolicus B      **9** patris ] et patris B      **9** illic ] illum Z      **10** prestantissimi ] *om.* Z      **10** Christianęque ] R A M Z; sacreque *corr. ex* Christianeque V; sacreque L Luc Schw Sis; sacraque B      **11** religionis ualde ] religioni maxime A      **11** sese ] R A M B Z; se et λ Sis      **12** ei ] R M V L; eius A B Z Luc Schw Sis      **12** qui ei ] qui *om.*, ei *transp. post* nato R      **14** quidem ] Vladislaus R      **14** et ] ut A Z      **14** animi ] anime Z; cum M      **14** sed ] sic Z      **15** enim ] M L Luc Schw B; .n. R A V Z; nam Sis      **16** animi ] *om.* A      **17** existimabat ] existimans M      **18** cui intentus, dum ] cui interitus dum M; cum interdum A      **18** quodam ] quadam Z      **18** citato ] *om.* A      **19** insequitur ] insequeretur A      **19** forte in foueam ] sorte in fouea B      **19** atque ] quem Z

totis artibus elisum exanimemque traxere; et talis quidem uite eius finis fuit.

- 10 Regnum suscepit filius Polislauus. Quo regnante Attila, Pannorum rex, grandi coacto exercitu regnum eius inuasit. Erat Polislauus iuuensis ad-  
5 huic uirentisque etatis, sed manu strenuus animoque præstans. Itaque acrius quam credi poterat cum suis hosti restitit. Quoties enim legiones inter se concurrerunt, semper proelio superior euasit. Vidensque Attila nequaquam equo Marte se configere posse finibus excessit et plurimis de suo exercitu amissis in Pannioniam cum ignominia redire coactus est. Post hęc Polislau-  
10 uo regi nata est filia, quę iam nubilis uiro tradita duos genuit filios. Atque idem Polislauus anno regni sui septimodecimo uita decepsit haud parua rerum gestarum fama post se relicta ut qui pacis bellique artibus plurimum præstaret.
- 11 Eo defuncto alter ex nepotibus eius natu maior nomine Sebeslaus  
15 regnare coepit. Cumque Scodram, regni sui oppidum, Gothi obsedissent, ille coacta suorum non parua manu audacter impigreque castra eorum in-  
uasit ita ut primo impetu eos oppimeret. Hostium igitur, qui regnum suum bello lacessere non dubitauerant, statim pars alia cesa, alia capta, alia in fugam conuersa uictoriam illi reliquit. Neque enim semper prospere pug-

Rex  
XIII  
Polislauus

Attila

<Rex XIV>

Scodra



**1** elisum exanimemque ] R M λ B Sis; elixum exanimem A; elisum exanimatumque Z **1** et ] om. Z **1** quidem ] om. Z **1** uite eius ] eius uitae A **3** filius ] filius eius A **3** Attila] Attila R **4** inuasit] euasit B **5** uirentisque ] uirentis A Z **5** sed] et B **5** præstans] praestanti **6** hosti restitit] R A M; hosti resistit λ B Z Sis (hosti corr. ex hostibus V) **6** Quoties enim ] B M; Quoties nam R Sis; Quoties n. V L Luc Z; quoties nimirum Schw; Quitens enim A **6** legiones inter se ] M λ B Z Sis; legiones corr. ex legationes inter se A; inter se legiones R **7** concurrerunt] R M B Z Luc-E Sis; concurrunt A; convenerunt λ **8** et ] om. M **8** suo] sui B **9** amissis] emmissis M; emmissis Z **9** Pannionam] prouinciam Z **9** redire] reuerti Z **9** coactus est] R; est coactus A M λ B Z Sis **10** regi] om. A **11** regni] regi Schw **11** septimodecimo] septimo decimo R M λ Sis; XVII A; decimo septimo B Z **12** fama post se] post se fama A; *legi non potest*-tisque fama post se Z **12** ut qui] eoque A **12** artibus] *postea add.* V **14** Eo] *hic nullam notam marginalem præbet* R **14** defuncto alter] defunto alter R Sis; defuncto alias A **14** eius] om. Z **14** natu maior] minor natu A **15** regnare coepit] regnum accepit A **15** Scodram, regni sui oppidum] Schodram oppidum sui regni B **16** suorum non parua] A Z; non parua suorum R; suorum non pauca λ Sis; suorum haud parua M; non parua B **17-18** regnum suum bello] R A λ Sis; bello regnum suum B; regnum suum M Z **18** dubitauerant... capta] R M B Z; dubitabant, statim pars caesa, alia capta A; dubitarunt, pars statim alia capta, alia cesa λ Sis **19** conuersa] uersa A **19** semper prospere] prospere semper R

nare possunt qui plus audacię quam uirium prę se ferunt. Interim Attila, Pannonię rex, rursum infestis armis fines eius ingressus oppidum quoddam ui cepit cumque bona diripuisset, ędes incendit, moenia dirruit et audita Gothorum cede nihil cunctatus in regnum suum abiit. Sebeslauus uero nondum de fuga eius certior factus extempro copias eo mouit, sed hoste quo cum congrederetur non inuento oppidum, quod solo ęquatum fuerat, instaurari iussit. Cumque quattuor et uiginti regnasset annos, duos de se liberos reliquit: alteri nomen erat Razbiuoius, alteri Bladimerus.

5

- XV rex 12 Hi post patris obitum regnum inter se partiti sunt, arbitrio tamen Razbiuoii quia natu maior erat. Cessit ergo Bladimero partem regni ultra montes Danubium uersus, partemque Macedonię ad campos Argolidis uergentem. Ipse uero sibi accepit littorale regnum omnemque citra montes tractum mari contiguum nauigationibusque opportunum. Porro Bladimerus regis Pannonię filiam accepit uxorem liberosque ex ea procreauit; quapropter inter eum et Pannones diu pax intercessit. Razbiuoios autem cum duodecim regnasset annos, uita decessit nulla de se prole relicta. Venit ergo frater Bladimerus et regnum consanguinitatis iure possedit. Cumque in suo reg-

10

15

**1** ferunt ] ferrent B **2** rursum ] rursus B Z **3** cepit ] capit B **3** ędes ] ędis L; alias B **4** Gothorum cede ] cede Gothorum **4** uero ] enim B **5** copias eo ] eo copias A; copias B **5** mouit, sed ] commouet sub B; mouit Z **6** cum ] om. R B **6-7** instaurari iussit ] R A M B; instaurare iussit λ Sis; instaur- *legi non potest* iubet Z **7** liberos ] filios A; filios *transp. post* reliquit M **8** nomen erat Razbiuoios ] R; nomen erat Rathiuoios A; nomen erat Rasbinoios M; erat nomen Miliuoios *corr. ex* Razbiuoios V; erat nomen Miliuorus L Luc; erat nomen Miliuoios Schw Sis; erat nomen Mibiuorus B; est *legi non potest* -biuoyus Z **8** Bladimerus ] A λ Z Sis; Baldimerus R; Bladimerius M B **9** regnum ] *transp. post* partiti sunt Z **9** inter ] intra M **9-10** Razbiuoii ] R Z; Rathiuoi A; Rasbinoi M; Miliuoī λ Sis; Mibiuor B **10** quia ] R λ Sis; qui A M B Z **10** Cessit ] Cessit *codd. et edd.* **10** ergo ] om. M; *legi non potest in* Z **10** Bladimero ] A Z; Baldimero R; Blandimero M; Bladimerio λ Sis; Bladimirio B **10** montes ] montis M **11** Argolidis ] R λ Sis; Augolidis A; Argdis M; *legi non potest in* M Z **11** uergentem ] urgentem B **12** sibi ] om. Luc Schw **12** littorale ] littorale *codd. et edd.* **12** citra ] ultra A **12** montes ] A M; montem R λ B Z Sis **13** contiguum ] continuum B **13** nauigationibusque ] λ B Sis; nauigationique R; nauigationibus A M Z **13** Bladimerus ] Baldimerus R Z; Bladimerius λ Sis; Blandimerus A; Blandimerius M; Bladimeries B **14** filiam accepit ] accepit filiam in A **14** ex ea procreauit ] procreauit ex ea B **15** Razbiuoios autem ] R Z; Razbinoios autem M; Rathiuoios A; Miliuoios autem λ Sis; Mibiuorus B **16** decessit ] excessit Z **16** de ] post R **16-17** frater Bladimerus ] frater Baldimerus R; frater Blandimerus A; frater Blandimerius M; frater Bladimerius λ B Sis; Bladimerus frater Z

no uiginti, in fratrio octo regnasset annos, mortem obiit.

- 13        Filius eius primogenitus Canimerus post eum diadema suscepit regnumque dudum diuisum coniunxit et præcedentium regum potentiam suis opibus equauit. Sed quoniam ob quandam animi duritiem inuisus plebi erat, illa Delmatiæ pars quæ Croatia dicitur ab eo descuit. Quam ob rem rex in furorem uersus coacto repente exercitu Macedoniæ, Epiri Mysieque superioris ad eos qui defecerant debellandos est profectus. Ceterum non minor illis ad repugnandum animus erat; armati obuiam processere. In campo qui Cliuno nuncupatur inter se concurrerunt; diu equo Marte pugnatum est. Interfecto tandem Canimero rege cessauit bellum. XVI rex
- 14        Successit ei filius Tuerdislauus regnoque potitus est. Mox et ipso sine filiis defuncto regnum suscepit nepos eius Ostriuoius, cui anno tertio et uigesimo regni sui defuncto successit Tolimerus filius. Quo regnante nihil contigit turbulentum; ocium et pax erat, ab armis quies. Vndecim regnauit annos. XVII rex  
XVIII, XVIII  
reges
- 15        Et in eius locum suffectus est Pribislauus filius, qui cum multa in eos quibus præterat intoleranda commisisset, a Mysis, qui nunc Bosnenses appellantur, interficitur. Interfecti cadauer in fluum proiicitur, ut sepultura quoque hominis careret qui ab humanitate alienus erat. XX rex

---

**2** Canimerus] A Z; *transp. ante* filius R; Canimerius λ B Sis; Concimerus M  
**3** dudum] diu R   **4** quoniam] quum M   **4** plebi] plurimis B   **4** erat] fuit A  
**5** Delmatiæ pars] pars Dalmatiæ λ B Sis   **6** furorem] furore B   **6** uersus] uentus M   **7** Ceterum] Ceterum *et postea add.* cum R   **8** erat] esset R  
**8** processere] processerunt M   **9** Cliuno] A λ B Sis; Heliuno R; Clilao M;  
 Hliuno Z   **9** nuncupatur] dicitur B   **9** inter se concurrerunt] R A M Z; inter se concurrunt λ Sis; concurrunt inter se B   **10** Canimero] R A Z; Canimero λ B Sis;  
 Concimerus M   **10** cessauit] cessauit *codd.*   **11** ei] eius A   **11** Tuerdislauus] A λ Sis; Tuardislauus R M Z; Turdislauus B   **11** regnoque potitus est] *om.* M C  
**11** Mox] Verum Z   **12** eius] *om.* Z   **12** Ostriuoius] Ostoruoius M; Ostriuorus  
 B   **12–13** tertio et uigesimo regni sui] V L Luc Sis (*numeralibus*); tertio et uigesimo sui regni A M Z Schw; XXIII regni sui R; uigesimo tertio sui regni B  
**13** defuncto] functo A Z   **14** contigit] contingit A M   **14** ab] et ab R A M Z  
**16** Et] A M λ B Sis; *om.* R Z   **16** Pribislauus] Tribislauus B   **16** filius] *om.* R  
**17** a Mysis] ab iis Z   **17–18** appellantur] dicuntur R   **19** hominis] hominum A

16 Loco eius regnare coepit Cepimerus filius; qui potestatem nactus paternę cedis auctores poena affectos uita spoliauit. Eo regnante ferocissima Germanorum gens a septentrionis partibus ueniens Istriam occupauit. Cumque Delmatię fines armis lacessere coepisset, Cepimerus rex eis obuiam processit. Initio proelio uictoria potitur, plurimos concidit, pauci fuga in tutum elapsi sunt. Posthac Germanorum princeps, ut odia in amiciciam uerteret, Cepimeri filiam filio suo Stauozaro petiit uxorem. Factis connubii sponsalitiis amice post hęc alter altero usus est. Cepimerus regnauit quinque et uiginti annos, menses septem.

17 Cui successit Suetozarus filius, ob insitam sibi animi mansuetudinem omnibus pariter charus. Hic Radoslauum filium adeo dilexit ut uiuens adhuc illum pro se regnare iuberet. Radoslauus uero, ut tanto beneficio se non indignum probaret, mortuo patre non tantum regni eius, sed etiam uirtutum se prestatit heredem paternosque mores imitatus optime sese in omnibus gessit; prolem tamen sibi suisque longe degenerem sortitus est. Filium enim habuit in tantum uitiis corruptum ut Apostatam cognomento appellarent; Seislauo autem nomen fuit. Ecclesię non obediuit, uiuente patre regnum affectauit, in omnes fere iniurius fuit. Bannus igitur Bilicus

---

1 eius ] cuius Z 1 Cepimerus ] A M λ B Sis; ei R; Cepimirus Z 1 qui ] R A M Z 2 auctores poena affectos ] auctorem pena affectum Z 2–3 ferocissima ] om. B 3 Germanorum ] Germanię Z 4 Cepimerus ] R A λ Sis; Cepimerius B M; Cepimirus Z 4 eis ] R A M V L B; ei Z Luc Schw Sis 5 processit ] R; prodiit A Z; petiit M λ B Sis 5–6 fuga in tutum ] R A M; in fugam tantum λ B Sis; in tutum fuga Z 6 Posthac ] R B; Post haec A M; Post λ Sis; Post hoc Z 6 odia ] odium A Z 6 amiciciam ] amicitiam *codd. et edd.* 7 Cepimeri ] Cepimerij M 7 filio suo ] suo filio Z 7 Stauozaro ] Semiozaro A 7 petiit uxorem ] uxorem petiit R 7 connubii ] R M; connubiis A λ B Z Sis 8 post hęc ] posthac B 8 Cepimerus ] Capimerus A; Cepimerius M 9 menses septem ] VII. menses Luc Schw 9 menses ] et menses Luc Schw Sis 10 Cui ] Huic R 10 Suetozarus ] λ B Sis; Suetozauus Z; Sfetozarus A; Suetozardus M; Zuetozarcus R 10 sibi ] sui M; om. Z 10 animi ] R M B Z; post mansuetudinem *transp.* A; om. λ Sis 11 Radoslauum ] Rhodoslauum R 12 pro se regnare ] R A M B Z; regnare pro se λ Sis 12 Radoslauus ] Rhodoslauus R 13 probaret ] praeberet A 13–14 etiam uirtutum ] et uirtutis M 14 se ] se se B 14 sese ] se M 15 longe ] om. M 16 enim habuit ] enim habuit, et M; autem *et post* in tantum *transp.* habuit A 16 Apostatam ] apostata Z 16–17 cognomento ] cognomine *corr. ex nomine* A 17 appellarent ] appellaret A; appellarunt B; appellaretur Z 17 Seislauo ] Stilauus M 17 autem ] autem ei R; om. B 17 nomen ] nomine M 18 iniurius fuit ] R A λ Sis; incuriosus fuit B; immritis fuit Z; iniuriam se gessit M 18 Bannus ] Fuit banus M 18 Bilicus ] Bilicuus M

proteruitate eius offensus cum iis quibus præcerat a rege defecit. Rex autem Radoslauus desertores suos persecutus facile in potestatem redigit ultro se dedentes, ne regi quoque aduersari uiderentur dum filium eius detestantur. Bannus ipse fuga elapsus est, eis qui regi se tradiderant crimen remissum  
 5 ueniaque data. Quos autem cœperat Seislauus, illos in seruitutem redigit prefectis copiarum suarum oblatos; patri quoque iratus, quod rebellantibus pepercisset, seditionibus animum intendere coepit. Plurimi militum centurionumque terrore compulsi illum sequebantur. Quorum opera usus patrem regno expulit Croatięque dominatus est. Ea enim gens parum ciuilis animi  
 10 semper metu magis quam benignitate ad obsequendum mouebatur, bonis itaque dominis molesta, improbis autem et arrogantibus mitis erat. Porro Radoslauus regno exutus Lastum cum paucis quos secum habebat configuit. Vbi cum filium sibi adhuc infensem aduentare audisset, uehementer animo angi coepit, comitum magis quam suum dolens periculum; cum quibus in  
 15 de raptim recedens ad mare usque sese fuga proripuit. Sed tunc etiam tergo instare hostem cernentes cum equis in mare simul irruunt et ad scopulum quendam continentí proximum natando peruenere; atque ita tandem infelix pater, ne una cum illis qui ipsum secuti fuerant perditissimi filii manu trucidaretur, uix effugit. Cumque ibi per dies aliquot mansissent nec se sa-

XXIV rex

---

**2** Radoslaus] Rhodoslaus R; Radislaus B **2** persecutus] prosecutus A λ Sis **3** regi quoque aduersari] regique aduersarij B **4** ipse] autem ipse Z; iterum A **4** regi se tradiderant] A Z; regi se tradiderunt *ut videtur* M; se regi tradiderunt λ Sis; regi sese tradidirant R; se regi traderunt B **4** remissum] remissum est Z **5** illos] *om.* A **6** prefectis] prafectoris *sic* A **6** oblatos] R A M; oblati λ Z Sis; oblati B **6** patri] *lectu difficile in* M, oppe *ut videtur* **7** seditionibus] seditionis A **9** Croatięque dominatus est] R A Z; Croatię dominatus est M; Crouatięque dominatur λ Sis; Crouatiaque dominatus B **9** Ea enim] *lectu difficile in* B, *ut videtur* in et enim **9** parum ciuilis] praui et uilis A **9** animi] R A Z; animę M; cum λ B Sis **10** mouebatur] R A M B Z; moueretur λ Sis **11** itaque] R M B Z; quidem λ Sis; *om.* A **12** Radoslaus] Rhodolauus R **12** regno exutus] *om.* B **12** Lastum cum paucis] cum paucis Lascum R **12** quos secum habebat] *om.* R **13** sibi] *om.* R A; *post* adhuc *transp.* Z **13** infensem] infestum B **13** animo] *om.* A B; *post* angi *transp.* M **15** recedens] decedens B **15** sese fuga] fuga sese A; se fuga Z **15-16** tergo instare hostem] instare tergo hostem M; hostes tergo instare A **16** cernentes] cernens B **16** irruunt] irruerunt Z; iniunt M **17** continentí] continentē M **18** una] *om.* Z **18** ipsum] ipsi M **18** perditissimi] perditissime M **19** trucidaretur] trucidarentur A **19** dies aliquot mansissent] M Z; dies aliquot mansisset A λ B Sis; aliquot dies mansissent R **19** se] λ B Sis

tis in tuto esse putarent, fato quodam Deique miseratione contigit ut nauis quedam de Apulię partibus Delmatiam uersus iter habens pr̄ter nauigaret, quę clamoribus euocata scopulo applicuit. Deinde regem cum toto comitatu suscipiens conuersa nauigatione transuerexit in Apuliam, ubi illi expositi terrestri itinere Romam contenderunt. Scopulus uero ille, qui fugientes exceperat, regis nomen sortitus est, quem usque nunc Petram Radoslaui appellant.

18 Interim impius Seislauus fugato patre regnum possedit donec Deo 10 ulciscente hostili manu (ut monstrabimus) interemptus poenas daret. Per idem enim tempus erat in Pannonię partibus uir quidam nomine Tecomilus, presbyteri filius, magister custosque armentorum principis Vdislaui inter Pannones nobilissimi, cui in primis charus fuit. Nam cum ipse Vdislauus mirum in modum uenationibus deditus esset, semper in his exercendis Tecomili opera usus est. Nemo enim illum anteire aut animi uiriumque robore aut pedum perniciitate poterat. Ceterum Tecomilus die quodam inter uenandum cum forte odorisequam domini canem, quam Pallussam nominabant, leui ictu percussisset eam a se abigendi animo accidissetque ut ipsa in quadam minus firma uerticis parte percussa statim expiraret, domini iram ueritus effugit; illam enim pr̄ ceteris omnibus uenaticis canibus domino gratam esse nouerat quoniam et narium sagacitate et corporis decore ceteris prestabat. Hac igitur de causa Tecomilus fugiens transtulit se ad Seislauum regem ab eoque est grataanter susceptus et inter familiares habitus.

1 esse putarent ] R M; esse putaret A; putaret λ B Sis; se esse putarent Z 1 quodam ] A M B Z; quoddam R; quidem λ Sis 1 Deique miseratione ] miserationeque Dei Z 6 Radoslaui ] Rhodoslaui R 8 Interim ] R A λ B Sis; Interea M Z 8 Seislauus fugato patre ] Sioslauus patre fugato R 9 hostili ] hostium Z 9 ut monstrabimus ] post daret transp. Z 9–10 Per idem ] Perinde Z 10 enim ] n. Z; om. A 10 nomine Tecomilus ] V L Luc Schw Z; nomine Tecomilus B; nomine Techomilus Sis; Tecomilus nomine R; nomine Treomilis A; nomine Teremilus M 11 presbyteri ] presbyteris M 11 custosque ] custos B 11 Vdislaui ] Vladislaui Schw; Vladislaui B 12 fuit ] erat Z 12 Vdislauus ] Vladislauus B Schw 13 his ] ijs M B Z 13–14 Tecomili ] R B Z; Techomili λ Sis; Teromili A; Teremili M 14 Nemo enim ] usque ad Tecomili opera est usus *tantum in* R A M Z; *aliis verbis* B (*cf. praefationem*); om. λ Sis 14 illum ] eum Z 15 perniciate ] A M Z; uelocitate R 15 Tecomilus ] R Z; Teremilus M; Teromilus A 16 odorisequam ] R A Z; ad oris equam M 16 Pallussam ] Palussam Z; Plausam A 17 animo accidissetque ] R A M; causa acciditque Z 18 firma ] R A Z; forma M 19 omnibus uenaticis canibus ] R M Z; uenaticis canibus omnibus A 21 Tecomilus ] R Z; Teromilus A; Teremilus M 21 se ] R A; sese Z M 21–22 Seislauum ] Seoslauum Z 22 eoque ] R Z; M fortasse eoque; eodemque A

Post hęc Vdislauus princeps cum Bosnam irrumpens uicos oppidaque popularetur agrosque uastaret, Seislauus rex cum suis aduersum profectus ad flumen Drinum cum illo conflxit. Quo in prēlio egregia prę ceteris Tecomili opera est usus. Is enim inter hostium globos leonis instar discurrens et 5 exiliens fundebat fugabatque aduersarios nunc hunc nunc illum irrequieta ensis rotatione cędens, alios saucians, alios protinus interimens. Plurimis denique in fugam conuersis ipsum insecurus principem inflicto uulnere ex equo in terram deturbat ruentique imminens caput abscindit, abscissum regi iam uictori offert; ea tamen pugna eis quoque qui uicere cruenta fuit, 10 cum de ipsis etiam non pauci tunc desiderati sint. Seislauus igitur uictoria potitus cum suis lętus ac triumphans redit, sed non ita tunc feliciter dimicauit ut paulo post infelicitate corruit, ne quis diuturnam impunitatem sceleri suo speret. Mox enim Vdislaui uxor, ingentis animi mulier, audita mariti cęde Pannonię regem adiit auxilium ab eo petens. Quo cuncta quę 15 exigebant concedente continuo magnam uim militum comparat, Seislaui regnum ingreditur, ipsum in agro forte uenantem reperit statimque tentoria eius inuadit. Seislauus cum nec equum inscendendi spacium habuisse, capitur nec quisquam ex cognitione eius reliquus fuit qui tunc in potestatem

---

1 hęc Vdislauus ] R A Z 1 cum ] R A M Z 1 irrumpens ] R m; erumpens A 2 Seislauus ] R A M; Seoslauus Z 2 rex ] R M Z 2 aduersum ] R A; aduersus M Z 3 Drinum ] R A M; Drini Z 3 illo ] eo Z 3 prēlio ] proelio *codd.* 3 egregia ] M; aegregia R; egregie Z; Tecomili egregia A 3–4 Tecomili ] R Z; *ante egregia transp.* A; Teromili M 4 opera est usus ] opera usus est M; *ab hoc loco omnes codd. et edd.* 4 Is enim ] Z M; enim *om.* R A 5 aduersarios ] *om.* V Luc Schw 6 rotatione cędens ] R A Z; ratione cedens M; ratione reddens V Luc Schw Sis; roe reddens L; ratione redens B 7 conuersis ] R λ B Z Sis; uersis A M 7 insecurus ] insecurus R; consecutus λ M B Z Sis; consecutum A 8 imminens ] immines B 8 abscindit ] abscidit M 8 abscissum ] abscissumque Z 9 iam uictori offert ] offert iam uictori A 9 tamen ] tum Z 9 uicere ] R M Z; uicerunt B; uicerant λ Sis; uincerant A 10 etiam ] R λ B Sis; et M; quoque Z 10 tunc ] *om.* A Z 10 sint ] R λ A Z Sis; sunt M B 10 Seislauus ] Seoslauus Z 11 tunc felicitate ] foelicite modo A 12 infelicitate ] infelicitate 13 Vdislaui ] Vladislaui Schw 14 petens ] petiens B 14 Quo ] qui M 15 concedente ] concedit ut videtur M 15 uim militum ] militum uim A M Z 15 Seislaui ] R M Z Sis; Seoslaui λ A B 16 uenantem ] *om.* Z 16 statimque ] statim A M 16–17 tentoria eius ] eius tentoria M Z 17 inuadit ] inuasit Z 17 Seislauus ] λ A Sis; Seislauus igitur B; Seoslauus R Z M 17 inscendendi ] R λ M Sis; insidendi A; insedendi B; ascendendi Z 17 spacium ] spatium *codd. et edd.* 17–18 capitur nec quisquam ] M B Z; capitur, nec quisqm V; capitur, nec quisque R L Luc Schw Sis; nec A 18 reliquus ] reliquum B

inimicorum non uenisset. Omnes enim una cum eo uenatum ierant nihil tale ueriti neque omnino quicquam suspicantes. Iussit mulier Seislauum in uincula coniici, naribus auribusque truncari et omnibus ostentui esse. Foe-dum sane spectaculum, sed tantis hominis flagitiis non indignum. Vesperi deinde in flumen Sauum cum uinculis deiectus prefocatur; atque hunc exitum habuit illa in patrem impietas in Deumque contemptus.

19 Audita filii nece Radoslauus familięque eius internitione, quod dignas factis poenas dedissent, Deo gratias egit, iusta eius iudicia qua poterat laudatione efferens, qui et noxios punire et innocentibus misereri consu-  
esset. Accepta tandem a pontifice benedictione Roma decedens in regnum suum est reuersus mansitque inter Delmatas maris accolas; Croatis uero omnem iniuriam remisit nec quicquam in se inique commissum exprobrauit, ad clementiam quam ad uindictam semper propensior.

20 Interea natus est ei filius Colomanus, qui post patris obitum consen-su omnium regnum suscepit paternarumque uirtutum emulius iustitiam pi-  
etatemque coluit, mitis, clemens, munificus, modestus ac proinde optimo  
cuique charus magnique habitus.

XXV rex

5

10

15

1 uenisset] uenissent M 2 quicquam] om. R 2 Iussit] Iussit autem A 2 Seislauum] Seoslauum R M Z 3 uincula] uinculis A 3 naribus] naribusque B; in naribus M 3 et] ut Z 3 ostentui esse] R λ B Sis; esse ostentui A; ostensum esse M; ostentui esset Z 4 hominis] hominem M; hominibus Sis 4 Vesperi] Vespe M Z 5–6 prefocatur... exitum] R λ A Sis; perfocatur atque hunc exitum M; perfocatur itaque hunc excium B; suffocatur. Atque hunc exitum Z 7 Audita] Rodoslaus audita R 7 nece] morte R 7 familiaęque] familiaque 7 internitione] internetione corr. ex internitione L; internecione R V Luc Schw Sis; internacione M; internetione B; interminatione A 7 quod] V Z Schw; q. L Luc; qua R A Sis; quas M; qui B 8 factis] facti A B 8 iusta] iuxta L Luc 9 et] om. Z 9 punire] punit A 9–10 consuesset] R; consueisset M; consuescit λ Sis; consuevit A B; consuescat Z 10 decedens] discedens B Z 11 inter] in A 12–13 in se inique commissum exprobrauit] Z; in se om. R; inique om. A; in se nunquam commissum exprobrauit M; in se commissum inique exprobrauit λ B Sis 13 quam] semper quam R 13 semper] hic posuerunt V L A M B Z Sis; penitus om. Luc Schw; magis R 14 Interea] Interim Z 14 Colomanus] Calomanus R 15–16 iustitiam... modestus] R A M Z; ceteri om. 16 proinde] R λ B Z Sis; perinde A M 17 magnique habitus] om. M

- 21 Cui in pace defuncto successit Crisimerus filius, et ipse in omnibus laudandus, naturę fortunęque bonis eque insignis, sed pręcipue in Deum obseruantia atque cultu. Cumque unum et triginta regnasset annos, in demortui locum suffectus est filius Zuonimerus, animi ornamentis ac religione nemi  
 5 mini superiorum regum postponendus, eque ac legum pręcipiuus obseruator et proinde pessimo cuique maxime inuisus. Eo regnante prospere inoffenseque succedebant omnia, quieuerant bella, opes augebantur, nec paupe-  
 ribus timori erat diuitum auaritia, nec plebs potentiorum uim formidabat, omnes pariter tuente ac protegente ipsa regis iustitia, quę neminem prorsus  
 10 inique uexari patiebatur. Cumque omnium prope par cura esset arua colere, pecudes alere, negotiationibus exerceri, nunquam antea regnum illud ulla rerum copia opulentius fuisse memorabatur. Abunde in ciuitatibus erat uestis preciosa decoraque arma et phalerati equi, exquisita supellex, auri quoque argentique uis, gemmę, margaritę et quęque alia quę mortalium  
 15 animos uel estimatione uel pulchritudine alicere solent. Sed, ut fit, luxuria in superbiam uerti coepit, in summum usque scelus erupturam, quod ex sequenti modo patebit narratione uerumque esse constabit. Contigit enim ut ab Roma Cesaris pontificisque legati ad Zuonimerum regem missi cum binis litteris uenirent; primas tantum regi legendas dederunt, quarum hęc  
 20 sententia erat:

---

**1** Cui ] Huic R **1** pace] patre B **1** Crisimerus ] A; Chrysimerus R; Chrismerius λ Sis; Chrisimerus Z; Crismerius B; Christimerus M **2** naturę fortunęque ] natura fortunaque B **2** eque] atque B **3** Cumque ] R A M B Z; Cum λ Sis **3** triginta regnasset annos ] uiginti annos regnasset Z **3-4** in demortui locum ] R A M; in demortui loco λ Sis; in mortui locum Z; inde mortui loco B **4** est filius ] *om.* A **4** animi ] R A M Z; cum λ B Sis **4-5** nemini ] *om.* B **6** proinde] R λ Z Sis; perinde A M B **6** maxime inuisus ] inuisus maxime A **6-7** inoffenseque ] et inoffensem M **7** quieuerant ] quieuerunt B **8** timori erat] erat timori λ A B Sis **8** potentiorum ] fortiorum Z **9** tuente ac protegente] tuebatur ac protegebat A **10** inique] R A Z; nemini B; ab aliquo λ Sis **10** patiebatur] quiete uiuebant *add.* Z **10** prope] R Z M; pro se B; sibi L **10** par] sibi *add.* V Luc Schw Sis; prope *add.* B **11** nunquam] numquam *codd.* **11** antea] post regnum illud *transp.* A **12** opulentius fuisse] fuisse *corr. ex esse* V; opulentior esse B **12-13** in ciuitatibus... preciosa] erat in ciuitatibus uestis speciosa A **15** animos] animis B **15** estimatione] existimatione L Luc Schw **16** erupturam] eruptura A; rupturam M; corrupturam Z **17** sequenti] narratione *huc transp.* A **18** ab] R B M; a A Z; *ceteri om.* **19** uenirent] uenissent B **19** tantum regi legendas dederunt] R; regi tantum legendas dederant λ A Z Sis, obtulerunt pro dederant Z; regi legendas tantum dederant B; regis tamen dederunt M **19** quarum] quorum Luc Schw **20** sententia erat] erat sententia R

Rogamus obsecramusque te, Zuonimere frater, regum Christianorum piissime, uti coacto procerum tuorum populique concilio alteram epistolam coram resignari coramque legi iubeas et una cum ipsis deliberes his de rebus quas nos Deo bene iuuante aggredi meditamur pro amore Christi ecclesięque sanctę utilitate; tum demum, quicquid communi omnium consilio decretum fuerit, ut nobis nihil moratus rescribas efficiasque certiores. Vale.

22 Zuonimerus igitur nauiter, sicut rogabatur, accersitis omnibus regni sui prefectis decurionibusque ciuitatum conuentuque habito ad Quinque ecclesias in campo qui Cossouus nuncupatur litteras aperiri fecit et cunctis cum silentio audientibus publice recitari; quę in hęc fere uerba scriptę erant:

Romanus pontifex et Cesar Augustus Zuonimero regi populoque eius salutem. Rem certe indignam et Christianorum principum ignauię adscribendam existimamus ut Hierosolymę sanctaque loca, in quibus Christus Dominus pro nobis nasci, pro nobis mori uoluit, ab infidelibus tam diu possideantur, possessa polluantur prophanenturque, et ab iisdem illa sacra, illa Domini mysteria, quę nobis uenerationi sunt, probro derisionique habeantur. Iccirco uos, sicut et reliquos per orbem fideles, hortamur ut nobiscum socia arma iungentes ad res Christiano nomini repetendas in libertatemque uindicandas proficiisci

**1** obsecramusque ] R V L Schw Z M Sis; obsecramus Luc; et obsecramus A; obtestamurque B **1** frater ] omnium M **2** uti ] R B Z; ut λ A M Sis **2** coacto ] coactis M; inito A **2** populique concilio ] populi concilio Z; populi consiliis M **3** resignari ] ressignare M **3** iubeads ] iubens M **3** et ] ut A M **3** ipsis ] iis A **4** his ] iis Z **4** nos ] om. A **5** pro ] in A **5** utilitate ] ueritate A **5** tum ] R A Z M; cum λ B Sis **6** omnium consilio ] A M; omnium consilii Z; omnino consilio R; concilio λ Sis; consilio B **8** sicut ] R λ Sis; sicuti A B Z M **8** rogabatur ] regebatur Luc Sis; rogebatur Schw **9** conuentuque ] R A Z M; coniunctimque λ B Sis **10** Cossouus ] R λ M Sis; Cossunus A; Cosseus B; Cassenus Z **10** nuncupatur ] concilio add. λ Sis **10** fecit ] cepit Z **11** scriptę ] post erant transp. M; scripta R **15** Hierosolymę ] Luc Schw Z; Hierosolme R; Hierosolimae A; Hyerosolime V L; Hyerosolymę B; Hierosolymam M; Hyerosolyme Sis **15** loca ] loco Schw **16** Christus Dominus ] Dominus Christus B **17** tam ] iam A **17** possessa ] possessaque λ Sis **17-18** prophanenturque, et ab iisdem ] et ab eisdem prophanentur A **18** sacra, illa ] om. A; illa R A V Z Sis **19** derisionique ] derisioneque Z **19** habeantur ] habentur A **19** Iccirco ] Idcirco codd. **19** sicut ] sicuti Z **21** libertatemque uindicandas ] libertatemque uendicandas V; libertatemque uindicandam M; libertatem uindicandas A

statuatis; huic rei ceteros reges ac nationes, quibus itidem scripsimus, consensuros speramus. Nobis autem tam præclarum facinus conantibus Dei opem affuturam nemo diffidat quando quidem non nisi eius nutu atque instinctu talis menti nostræ incidere potuit cogitatio. Quid ergo uobis consilii sit, hoc est utrum, quod rogamus, facturi estis, quamprimum nosse cupimus. Valete in Domino.

23 Id audiens nequissima Croatorum gens protinus indignari coepit ita ut uix litteras perlegi pateretur. Non solum itaque non consenserunt litteris et exhortationi pontificis ac Cœsaris, uerum etiam in regem suum insurgentes magno tumultu et uociferatione conquesti sunt illum esse huiusce rei autorem ut ipsi relictis coniugibus, liberis patrioque solo procul per alienas domos errent, aliena sequantur imperia, et aut interimantur aut aliis et non sibi uincant; nihil sibi expedire loca illa sancta si liberentur, neque nocere si non liberentur; atque ita infesta concio pessimis usa consiliis nequiuit inhiberi quin repente sanctissimum Zuonimerum regem inuadentes multis conficerent uulneribus atque interimerent. Eadem quippe illa perfidè mentis ferocia, quę ipsos impiissimi Seislaui partes sequi fecit et Radoslauum patrem, omni laude dignum uirum, regno pellere, in Zuonimerum quoque compulit sœuire; quem non aliter furibundi circumstetere quam cum rabidi

---

2 consensuros ] consecuturos B 3 Dei ] Domini λ Sis 3 diffidat ] difidit A 5 uobis consilii ] R A Z; uobis concilij M; consilii uobis λ B Sis 5 rogamus ] R M; rogamini λ B Z Sis 6 nosse ] noscere B M 7 audiens ] R A Z; audientes λ B Sis; auditis M 7 Croatorum ] R A Z M; Crouatorum λ B Sis 7 ita ] om. Z 8 perlegi pateretur ] legi paterentur A 8 itaque ] om. A 8 consenserunt ] consuaserunt M 9 et exhortationi pontificis ac Cœsaris, uerum ] sed Z 9 et exhortationi ] R; et hortationi λ A B Sis; et hortationibus M 9 ac ] R M; et λ A B Sis 10 esse huiusce ] Z M; esse huius R A; huiusce λ B Sis 11 patrioque ] patriaque B 12 errant ] errarent A 12–13 aut interimantur... nihil ] R A Z; aut interimatur aut aliis et non sibi seruant, nihil M; non λ B Sis 13 sancta ] etiam A 13–14 neque nocere si non liberentur ] R A M; om. ceteri 14 infesta concio ] affecta pessima continuo A 15 quin ] cum M 15 Zuonimerum regem ] R A; Zonimerum regem Z; Zonimirum regem M; regem Zonimirum Schw; regem Zuonimerum V L Luc Sis; regem Zuonimerium B 16 conficerent ] conficerunt B 16 interimerent ] interierent B 16 Eadem ] tandem A 16 quippe ] om. B 16 perfidè ] perfida L Schw; perfidię B 17 ipsos ] illos Z 17 impiissimi ] impiissime B 17 Seislaui ] Seoslaui R Z M 17 Radoslauum ] Rhadoslauum R 18 omni laude dignum uirum ] R λ B Sis; omne laude dignum uirum M; uirum omni laude dignum A Z 19 sœuire; quem ] R Z; sœuire; qui A M; sœuire L Luc Schw; seuereque B 19–58.1 rabidi ] rapidi Z

di uenatorum canes imbellem ceruum nacti nunc latratibus terrent, nunc dentibus laniant. Rex autem, dum adhuc spiraret, tantę perfidię immanitate commotus eos deuouisse fertur ne unquam sui generis dominum habeant, sed semper alienigenis regibus principibusue subiecti sint. Ex illo ad hanc usque diem isthęc maledictio tam certum euentum habuit ut non ab irato prolatum quod tunc dixit crediderim, sed a uate prēnunciatum, Deo uolente palam fieri quanto grauius luituri erant supplicium criminis autores, si sic posteri quoque eorum essent afficiendi. Post hęc uerba Zuonimerus continuo animam exhalauit et relicto corpore ad cęleste regnum transferri meruit, cum terrenum tam bene rexisset per annos quinque et triginta; tam diu enim cum potestate uixit.

24 Bela autem, Pannonię rex, huius nominis primus, cum fama referente hoc quod Zuonimero acciderat didicisset, propere cum expeditorum manu uenit rerumque potitus omnes regni partes possedit: Bosnam, Croatiam, Delmatiam, Naronam. Sed Croatos, ut domino suo rebelles ac parricidas, laboribus seruituteque oppressit. Pręterea cum post hęc regnum in partes secessisset anno a nativitate Christi MLXXIX, Bosnenses dominum suum

**1** uenatorum canes ] canes uenatorum A **1** nunc ] sunt, nunc Z; tunc M  
**1** terrent ] *om.* Z **1** nunc ] tunc M **3** habeant ] haberent A **4** alienigenis ] alieniginis L; aduentitiis A **4** principibusue ] λ B Sis; principibus ut R; principibusque A Z M **4** hanc ] hunc B Z M **5** diem ] *add.* tempore λ Sis **5** certum euentum ] certos euentus R A Z **5–6** ab irato prolatum ] ob iram prolatam M **6** quod tunc dixit ] qui tunc dixit B; rege Z **6** a uate ] R A B Z; *spatium uacuum relictum in λ;* animo et *spatium uacuum in M;* [uti est] *coniecit* Sis **6** prēnunciatum, Deo ] pronuntiatum Deo B M; pronuntiatum A **7** luituri ] la-turi M **7** criminis autores ] auctores criminis R; criminatores A **7** si ] *om.* M **8** quoque eorum ] eorum quoque Z; eorum A **8–9** continuo ] *om.* A Z **10–11** tam diu enim cum potestate uixit ] *om.* Z; iussit pro uixit M **12** Bela ] Bella V L Luc B M **12** autem ] *om.* B **12** referente ] B M Luc-E; referente R A Z L Sis; inferente Luc Schw; *legi non potest in V* **13** propere ] eum *add.* A **14** rerumque ] R M; rerum A Z; regnumque V; regnaque *corr. ex regnumque L;* regnoque B Luc Schw Sis **14** omnes regni partes possedit ] R; possedit omnes regni partes L Luc Schw Sis B Z M; *in M legi non potest* **14–15** Croatiam, Delmatiam, Naronam ] M; Croatiam, Neronam, Delmatiam R; Crouatiam, Dalmatiam, Naronam λ B Sis; Croatiam, Dalmatiam, Naronam Z; Croatiam, Dalmatiam et Naronam A **15** Croatos ] R A M; Crouatos λ B Sis **15** ac ] et Z **15–16** parricidas, laboribus seruituteque ] R λ B Z Sis; paricidas, laboribus ac seruitute M; patricidas seruitute A **16** post hęc ] posthac B **17** secessisset ] R Luc Schw Z Sis; *corr. ex successisset L;* successisset V A B; scisisset M **17** nativitate ] nativitatis M **17** MLXXIX ] MLXXIV M

sortiti sunt, Naronenses suum, soli Croati alienum, ne quis eos frustra olim  
uel immerito a Zuonimero deuotos credat.

## FINIS.

- Hucusque historiam uernaculo gentis nostræ sermone compositam uidi  
5 et quam potui diligenter fideliterque in Latinum transposui, nihil de senten-  
tia dimittens, licet aliqua de uerbis quæ superflua uidebantur mutilans, ne  
lectorи oneri essent.

---

1 Naronenses ] Narnenses R Z 1 soli Croati ] soli Crouati A; Crouati λ  
B Sis 1 alienum ] alienigenam M 1 eos frustra olim ] frustra olim eos R;  
eorum frustra olim A 2 uel ] aut Z 2 deuotos ] deuores M 3 FINIS ] R; F.  
B; Laus omnipotenti Deo λ Sis 4-7 Hucusque... essent. ] *om.* B 4 nostræ ]  
*om.* Z 5 quam ] qm V; quod L Luc (*corr. in quam Luc-E*) Schw 6 dimittens ]  
diminuens A M 6 superflua ] superfluere R A M 7 essent ] essem R λ Sis; *in*  
*fine τελως add.* Z

## INDEX NOMINVM

- Apostata, *v. Seislauus*  
Apulia 58  
Aquileia 41  
Argolidis campi 54  
Attila 53, 54  
  
Barris 44, 45  
Bela 64  
Benedictus, sanctus 40, 41  
Beria 51  
Bilicus 56  
Bladimerus 54  
Bladinus 44, 45  
Bosna 42, 43, 51, 59, 64  
Bosnenses 55, 64  
Brissus 40  
Budimerus 47–49, 52  
Bulgari 47  
  
Canimerus 55  
Cassaria 46, 47  
Cepimerus 56  
Christiani 41, 45, 46, 49, 62  
  Christianum nomen 46, 62  
Christus 47–49, 62, 64  
  Christi nomen 12  
Cliuna 49  
  Cliuno 55  
Colomanus 60  
Constantinus 48  
Constantius 46, 47  
Cossouus campus 62  
Craina 39  
Crisimerus 61  
Croatia 60, 63–65  
Croatia 39, 42, 43, 51, 55, 57, 64  
  
Danubium 50, 54  
Decolium oppidum 52  
Delmatę 60  
Delmatia 39–43, 45, 48, 50, 55, 56,  
  58, 64  
Delmaticum idioma 39  
Delminium 50  
Deus 45, 48, 52, 58, 60–64  
Deus Dominus 62, 63  
Drauus 50  
Drinuš 51, 59  
Duclia 50  
Dyrrachium 50  
  
Epirus 55  
  
Germani 56  
Germanus episcopus 40  
Gothi 40, 42, 50, 53, 54  
Gręcum 47  
  
Hierosolymę 62  
  
Jesus Christus, *v. Christus*  
Illyricum 42  
Istria 40, 41, 56  
Italia 41, 44  
Iustinianus 40, 42  
  
Lastum insula 57  
Latini 51  
Latinum 39, 52, 65  
  Latina lingua 39, 48  
Lippa 51  
  
Macedonia 44, 54, 55  
Maria

- B. Virg. Marię ędes 52  
Mars  
    in phrasi 41, 53, 55  
Marulus, Marcus 39  
Methodus liber 51  
Mons Cassini 40  
Mysi 55  
Mysia 42  
    superior 55  
Narona 64  
Naronenses 65  
Occidentis regna 40  
Orientis partes 40  
Ostriuoius 55  
Pallussa 58  
Pannones 40, 53, 54, 58  
Pannonia 40, 53, 54, 58, 59, 64  
Papalis, Dominicus 39  
Petra Radoslaui 58  
Polislauus 53  
Polonia 43  
Pribislauus 55  
Quinque ecclesiae 62  
Radoslauus 56, 57, 60, 63  
    Petra Radoslaui 58  
Ratimirus 44–46  
Rationalis liber, v. Methodus liber  
Razbiuoius 54  
Roma 47, 48, 58, 60, 61  
Romanorum imperator 44  
Sabinus episcopus 40  
Salonę 40–42, 44, 50  
Sanctulus, v. Sfetolicus  
Satimerus 46, 47  
Sauus 50, 60  
Scardona 42  
Scodra 53  
Sebeslauus 53, 54  
Seislauus 56–60, 63  
Seleucia 44  
Seuioladus 42, 43  
Sfetolicus 52  
Sfioladus 40  
Sicilia 41  
Silimirus 43, 44  
Sinbagiorum regio 44  
Slaua lingua 47  
Stauozarus 56  
Stephanus 47, 48  
Stroilus 40, 42  
Suetozarus 56  
Tarnouię ager 40  
Tecomilus 58, 59  
Thessalonica 46  
Tolimerus 55  
Totila 40, 41  
Tuerdislauus 55  
Valachia 43  
Valdemin 50  
Vdislauus 58, 59  
Velia 44  
Vladislauus 52  
Zuonimerus 61–65